

461.

Bischof Martin von Meißen bestätigt einige Schenkungen des Grafen Dedo von Groitzsch an das Kloster Zschillen und trifft wegen Beköstigung der bischöflichen Begleitung Verfügung. — Zeugen: Markgraf Dietrich und Graf Dedo. **Halle, 1182 Febr. 16.**

Hdschr.: Transsumpt Hauptstaatsarchiv Dresden Or. No. 84.

Anm.: Vergl. No. 460.

5

In nomine sancte et individue trinitatis. Martinus dei gratia Misnensis episcopus. Notum esse volumus universis sancte matris ecclesie filiis et presentibus et futuris, quod in nostre diocesis parrochia quidam nobilis homo videlicet comes Dedo in fundo suo super Mildam in pago Rocheliz ad honorem dei et sancte Marie perpetue virginis cenobium 10 quoddam fundavit, bonis suis dotavit, religiosos homines, qui sub preposito secundum institutionem beati Augustini deo ibi servirent, divino succensus amore collocavit. Pro quorum prebendis vel augendis vel meliorandis Theodericus eiusdem loci venerabilis prepositus quam studiosus, quam sollicitus fuerit, quia ex eius opere consideravimus, ipsius crebris exhortacionibus admoniti decimam de tota silva, quam Bero in possessione 15 sua in extremis suis in partibus illis a nobis habuit, scilicet^{a)} de quolibet manso scocum et preterea decimam de villa, que Sigebotenhagen appellatur, pro remedio anime nostre et maxime ob agendum anniversarium nostre deposicionis diem sue ecclesie delegavimus, set et tradicionem decime de novalibus predictae ecclesie, quam antecessor noster beate memorie Gerungus episcopus fecerat, confirmavimus. Eadem autem ecclesia nostris 20 successoribus episcopis hoc honoris inperpetuum tenebitur debito, ut bis in anno ibi habeant hospiciam episcopis sane suum comitatum pro quiete claustrum ita moderantibus, ut eorum equitature non estimentur ultra quindenarium numerum. Si quis autem hanc nostre dispensacionis seriem in irritum revocare presumpserit, perpetuo eum anatemati subicimus, et, ne ab aliquo successorum nostrorum, quod absit, quandoque contingat im- 25 mutari hoc, quod fecimus, scripto mandari scriptumque subnotatis testibus sigilli nostri testimonio opere precium duximus corroborari. Testes hii sunt. Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Everhardus Merseburgensis episcopus. Rokerus Magdeburgensis maior prepositus. Hermannus Misnensis decanus. Herbordus prepositus de Wrzin. Anselmus custos. Sigemundus, Sifridus canonici. Theodericus marchio. Dedo comes. 30 Primizlaus. Fridericus de Gruna. Suidegerus de Imeniz. Albero. Beringerus. Petrus. Bezelinus. Guntherus et alii Christi fideles. Data Halle xiiii. kal. marcii a venerabili Martino sancte Misnensis ecclesie episcopo anno dominice incarnationis m̄clxxii, indiccione xv, presidente sancte universali ecclesie Lucio papa tercio pontificatus eius anno primo, inperante gloriosissimo Romanorum imperatore Friderico primo, regni eius 35 anno xxxi; amen.

461. a) cilicet.